FULM-AL-AEX-AEX04

99/12

Theses

JURISPRUDENTIÆ THESES.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Ex LL. Cod. et Digest. hoc tit. imo ex LL. tit. 18. lib. 10. Novis. Recop. desumptæ.

CONCLUSIO I.

Ad testamentum solemne secundum jus civile factum, septem testes desiderantur, qui rogati esse debent.

CONCLUSIO II.

Hispano jure, septem etiam testes in testamento scripto sunt adhibendi; in nuncupativo, minor numerus est satis; sed in nullo eorum, testium rogatio est necessaria.

CONCLUSIO III.

Utroque jure, Romanorum scilicet et Hispaniæ, mulier, impubes, servus, surdus, mutus, prodigus et qui infami crimine laborant; in testamento, non sunt idonei testes.

Quas Deo, ejusque inmaculata Matre auxilium ferentibus, ut Licentiaturæ lauream in jure civili consequi valeat, propugnabit D. Jacobus Fernandez Gomez die 12. Martii an. 1826. hor. 10. matutina.

Erit locus certaminis hujus Regiæ Universitatis Theatrum.

Dia 12 de Dic.e 1826 se celebraron.

BALEARICA UNIVERSITAS.

EX TIT.° 17 LIB.' 10 NOVISSIMÆ RECOPILATIONIS

THESES.

I. Majoratuum in successione quatuor hoc ordine attendenda: linea, gradus, sexus atque ætas.

II. Eâdem in successione proximitatem ultimi possessoris respectu considerari oportet.

III. Femina immediate à masculo descendens non continetur in vocatione his verbis facta: succedant per lineam masculinam.

Quas pro munere cathedræ D. D. Mariani Gacias in præfatæ Universitatis gymnasio propugnabit die 12 mensis hujus hora $8\frac{1}{2}$ matutina Antonius Climent Philosophiæ Doctor et Juris Baccalaureus.

Vt. *Soler.* Vt. *Terrers.* Vt. *Sard.*

Imprimatur
Socias Rector.

Die 16. Dec.e 1826.

BALEARICA UNIVERSITAS.

SELECTÆ QUÆDAM EX INSTITUTIONIBUS CANONICIS

THESES.

I. Summus Pontifex habet in universa Ecclesia primatum non dignitatis solum, sed etiam jurisdictionis. Quapropter Romani Pontificis primatus sexto Niceno canone non improbatur.

II. Romanus Pontifex universalis magistri suscepta persona in definiendis Fidei controversiis errare non potest.

III. Quæ in Œcumenicis Conciliis de Fidei dogmatibus sancita, et á Summo Pontifice approbata sunt, divinam obtinent auctoritatem. An Concilium Œcumenicum imperii potestate polleat in ipsum Romanum Pontificem, nec ne; nostrum erit enucleare.

Quas pro munere Cathedræ D. D. Sebastiani Terres publico exponet certamini in solito præfatæ Universitatis gymnasio D. Joachim Suau Philosophiæ doctor et professor pub. ord. S. Theol. Bacchalaur. &c. die 16. h. 8½ mat.

Vt. *Fr. Soler.* *Gacias.* *Coll y Sancho.*

Imprimatur
Socias Rector.

JURIS CIVILIS PROPOSITIONES

EX LL. TIT. XI PART. IV ET TIT. III LIB. X N. R. ET DENIQUE EX LL. FF. ET COD. DE JUR. DOT.

PRIMA.

Dos alia adventitia, alia profectitia; alia voluntaria, alia necessaria; alia æstimata, alia inæstimata dicitur.

SECUNDA.

Pater dives, filiæ aliunde diviti, dotem præstare tenetur.

TERTIA.

Jure Hispano quamvis causa dotis sit privilegiata et veluti causa pia, non tamen licet patri immodice dotem filiabus dare, sed cum patrimonio analogiam servare debet: aliter enim actus nullitatis vitio laboraret.

Quas Deo adjuvante propugnabit D. Antonius Ripoll ut Licentiaturæ lauream in jure civili consequi possit.

Certaminis locus erit hujus Regiæ Universitatis Oratorium die 26 Nov. ann. 1826 hor. $9\frac{3}{4}$ mat.

Imprimatur
Sebastianus Socias Rector.

BALEARICA UNIVERSITAS.

EX TIT. 2. LIB. 3. NOVISSIMÆ RECOPILATIONIS

THESES.

I. Qui supremam habet potestatem, leges tantummodo condere potest.

II. Una ex præcipuis legum nota est, quod sit honesta, & Reipublicæ moribus consentanea.

III. Lex non obligat nisi post promulgationem.

Quas pro munere cathedræ D.D. Mariani Gacias in præfatæ Universitatis gymnasio propugnabit D. Jacobus Antonius Prohens Juris alumnus die 25. Jun. ann. 1828. hor. 5. vespertina.

Vt. *Soler.* Vt. *Campaner.* Vt. *Sard.*

Imprimatur
Rullan Rector.

BALEARICA UNIVERSITAS.

SACRÆ THEOLOGIÆ THESES.

I. Christus suæ Ecclesiæ supremum caput constituit Sanctum Petrum.

II. Summus Pontifex utpote Petri succesor primatum honoris et jurisdictionis in universam habet Ecclesiam.

III. Judicium Romani Pontificis ex Cathedra loquentis est omnino infallibile et irreformabile.

Quas pro munere cathedræ P. Fr. Joannis Amengual Ord. Min. Obs. in præfatæ Universitatis gymnasio propugnabit die 7. mensis Julii anni millessimi, octingentessimi, vigessimi octavi hora 8. matutina Bartholomeus Morlá Diaconus ac Theologiæ discipulus.

Vt. *Fr. Soler.* Vt. *Gacias.* Vt. *Coll et Sancho.*

Imprimatur
Rullan Rector.

JURIS CIVILIS THEMATA

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Ex legibus Digestorum et Codicis hoc titulo, et etiam ex legibus tituli XVIII lib. X Novissim. Recopilat.

CONCLUSIO I.

Recta est definitio testamenti á Modestino tradita nempe: Voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit.

CONCLUSIO II.

De jure communi Filiusfamilias de peculio adventitio, quamvis extraordinario, testamentum condere non valet.

CONCLUSIO III.

At non ita secundum Hesperiæ jus, nam Filiusfamilias dummodo in ætate legitima sit constitutus rectè testabitur.

Quæ Divino auxilio adjuvante sustinebit D. Josephus Gotaredona et Tur ad adipiscendam Licentiaturæ lauream in jure civili, die 12 Novembris ann. 1826 hor. 10 mat.

Theatrum erit hujus Regiæ Universitatis Sacellum.

Socias Rector.

Ex Lib. II. Tit. XVI. Imp. Inst.

SEQUENTES DEDUCUNTUR

ASSERTIONES.

I. Patria potestas quae necessaria est ad pupillarem substitutionem sufficit quod existat tempore mortis patris.

II. Pupillaris substitutio pars est, & sequela testamenti paterni, nec valet nisi paternum prius factum subsistat.

III. Omni capitis deminutione pupilli huiusmodi substitutio evanescit.

QUAS PUBLICÉ VINDICANDAS ASSUMPSIT

BACHALAUREUS

D. JOANNES DANIS ET BASSAGODA

ad LICENCIATUS gradum in jure civili obtinendum,

in hoc perillustri, ac Regio Balearico Licaeo

Die V. Julii Anni Dom. MDCCCXXIX.

HORA NONA, ET DIMIDIA ANTE MERIDIEM.

Regia et Litteraria Maioricensis Universitas.

ASSERTA

Ex Tit. I. Lib. X. Novissimae Recopilationis.

I. Rectissimè Iure Hispano statutum est, quod quomodocumque constet quod qui se voluit alteri obligari, obligatus maneat; sicque, secundum Hesperiae leges, nudum pactum actionem et obligationem producit.

II. Ultra dimidium laesionis beneficium non solum ad emptionem et venditionem, sed etiam ad alios similes contractus se extendit; quod leges Hispaniae confirmant.

III. Iustissimè Hispaniae legibus istud laesionis remedium tantum quadriennio durat.

QUAE PRO MUNERE CATHEDRAE

D. D. MARIANI GACIAS

propugnabit

D. ANTONIUS PLANAS ET NADAL IURIS CIVILIS BACCALAUREUS,

Die XIII. Augusti Anni MDCCCXXIX.

H. QUINTA ET DIMIDIA *V.*

V.t *Soler.* V.t *Coll et Sancho.* V.t *Barceló et Ripoll.*

Imprimatur.
Rullan Rector.

En dho dia y hora se tuvo el acto q.e antecede y lo presidió el M. Y. S. Rector D.n Bart.e Rullan y certifico.

Juan Nadal Srio

Regia et Litteraria Maioricensis Universitas.

SACRÆ THEOLOGIÆ THESES.

1ª De fide est Verbum Divinum carnem veram, non phantasticam assumpsise.

2ª Nullus homo purus adhuc donis supernaturalibus indutus, potuit Deo de condigno satisfacere.

3ª Verbum integram humanitatem in athomo non personatam assumpsit.

QUAS PRO MUNERE CATHEDRÆ

P. FR. IOANNIS AMENGUAL

ORD. MIN. OBS.

propugnabit

D. BARTHOLOMÆUS MORLÁ PRESBYTER,

AC THEOLOGIÆ DISCIPULUS.

DIE XXI. AUGUSTI ANNI MDCCCXXIX.

H. QUINTA ET DIMIDIA *V.*

V.t *Fr. Soler.* V.t *Gacias.* V.t *Coll et Sancho.*

En dicho dia y hora defendio D. Barmé Morla el acto publico de conclusiones y certifico.

Juan Nadal Srio

Imprimatur.
Rullan Rector.

BALEARICA UNIVERSITAS.

Ex Tit. XIII. Lib. XI. Novissimae Recopilationis

ADSERTA.

I. Si duo vel plures habent rem vel causam communem, quorum unus sit minor alter vero maior, restitutio minori concessa adversus probationem omissam, non prodest maiori in causa dividua, secus in verè individua et connexa servatur.

II. Si minor petens in integrum restitutionem debito tempore adversus omissam probationem, dicit se habere testes ultramarinos, debet judex, causa cognita, concedere minori terminum ultramarinum per viam restitutionis ad faciendam suam probationem, necessarium.

III. Minor si tanquam tertius oppositor in favorem alterius partis, eo quod sibi interest, venit in judicio post publicationem testium, potest intra quindecim dies á publicatione, in integrum restitutionem petere.

QUAE AB OPPOSITIS VINDICABIT

D. ANTONIUS SARD ET CALVA IURIS CIVILIS BACCHALAUREUS,

ET NOVIS. RECOP. ALUMNUS:

CUI PRO MUNERE CATHEDRAE PATRONUS ADERIT

D. MARIANUS GACIAS

Iuris utriusque Doct. atque Regius Novis. Recop. Prof.

Die XXVI. Junii Anni MDCCCXXX.

IN ACADEMIAE THEATRO,

HORA QUINTA VESPERTINA.

V.t *Fr. Josef Soler.* V.t *Coll et Sancho.* V.t *Dameto.*

Imprimatur
Xemena Vice-Rector.

Dho dia defendió dho Dn. Anto. Sard las precedentes conclusiones á las que asistió el Sr. Rtor. y Catedraticos de Leyes.